



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Synodus Sardicensis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

*Synodus Nicena prima sive primum post Apostolos  
generale Concilium.*

**H**abitum Anno Christi 330, cui interfuere  
trecenti & octodecim Episcopi sub Ponti-  
ficio Præsidente legato ( ubi inter cætera Arius con-  
demnatus, decretumque ne Pascha unquam  
celebretur cum Judæis ) inter cætera continet  
in actis Epistolam tenoris sequentis.

*Ad Sylvestrum Papam Romanum.*

**Q**uoniam omnia corroborata de divinis myste-  
riis, quæ ad robur pertinent Ecclesie Ca-  
tholicæ & Apostolicæ, ad sedem tuam Ro-  
manam explanata, & de græco redacta scribere  
conferemus Sc. Quidquid autem constituimus in  
Concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio  
confirmetur. Quia sine confirmatione ista, ut  
ex sequentibus etiam patebit. Nullum Conci-  
lium pro legitimo habitum. Vide textum alium  
hujus Conc. pag. 190.

*Synodus Sardicensis.*

**C**oncilium hoc aliqui inter prima quatuor  
Concilia non enumerant, quia velut Ni-  
cæno inclusum computant. Cæterum generale  
fuisse extra dubium est tum ex magna Episcopo-  
rum frequentia, qui ad id convenerunt, tum  
quia Julii Romani Pontificis autoritate convo-  
catum

catum fuit, ejuſque legati eidem præſederunt. Iique & reliqui Epifcopi litteris datis eum rogârunt, ut Concilii ſententiam ſuâ auctoritate firmaret. Quod & fecit. Et idem teſtatur eſt in Epift. ad Alexandrinos, iis de reſtitutione S. Athanaſii gratulans. Lege hæc fuſius in actis Concilii.

*Concilium I. Conſtantinopolitanum  
vulgò ſecundum generale dictum.*

**H**Abitum hoc Anno 381. ei interfuere centum & quinquaginta Communionis Catholicæ Epifcopi. Hi omnia Nicænae Synodus decreta firmant, & anathematizant hæreſes Arianorum Semi-Arianorum contra Dei filium vel Spiritum ſanctum. Can. 3tio habentur hæc formalia: *Conſtantinopolitanae civitatis Epifcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Pontificem, propterea quòd ſit nova Roma.* Hoc concilium per hoc valorem œcumenici accepit, quòd ejus fidei definitionem Damaluſus Papa comprobavit. Ut legere eſt fuſius in actis.

*Concilium Ephelinum generale tertium:*

**H**Abitum Anno 431. ei interfuere univerſim Epifcopi plures quàm ducenti, qui ſubſcripſere condemnationi Neſtorii, & ſententiam die poſt finitum conſilium miſerunt Neſtorio, quæ ſic incipit: *Sancta Synodus per gratiam Dei congregata Neſtorio novo juda.*  
Con-